eodem tempore: sed judicia nostrorum editionem tunc retar-
darunt: nunc verò omninò fortè procedunt. Talibus enim c-
utibus circumsepserunt, inter quos me in hoc genere scriptionis
continere non possim. Nolunt ullam fieri mentionem Hunni
et eorum, quae ad personas spectant: sed omnia in thesi dici
modum Confessionis. At merae hic sunt ὑποθέσεις, et aliter
ὁμολογητικά, aliter ἀπολογητικά tractari volunt. Ita si
aliquid fiet, actum agendum erit cum majori molestiâ. Diff-
icilius n. agitur, quod serviliter fit. * *. Vale 7. Junij 1594.

257) Eidem D. Candido D. Pareus salutem.

* *. D. GRÜNRADUS ex Illustrissimo Principe Vestro intelle-
xit, liberam dari Pastoribus vestris non tantum rectè docen-
sed et panem frangendi /: qui commodè possunt:/ facultat-
quod judico meritò fieri. Neque n. fractio videtur ritus merè ἀδι-
άφορος, cum mandato et exemplis Christi et Apostolorum nitatur.
Non est quidem essentialis pars, sed certè tamen integralis Sa-
cramenti, sine quâ coena manet quidem coena, sed talis,
qualis homo est resectâ dextrâ, vel aliâ integrali corporis
parte nobiliore, id quod tibi controversum haud quicquam
esse judico * * Vale Heidelbergae 16. Junij 1594.

258) Eidem D. Candido D. Pareus salutem.

* *. Mitto ἀνταπόδειξιν Heidelbergensium octiduo à me ela-
ratam, et ad comitia jam missam adversus putridam ἀπόδει-
ut nos quidem putamus, Heilbrunneri. Ex continenti scripti-
one tantum concitavi catarrhum, qui me fere oppressit.
Et hic est ferè fructus laborum, ad nos qui redire solet.
Sed benè: modò Ecclesia utilius iis fruatur. * * Vale
2. Augusti 1594.

Eidem